



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

4 De vsuris pretii ab emptore non soluti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

sed & ab eo, qui manifeste foeneratiã artem exercuerat licet tempore testamenti improbam negociationem dimiserat, secundum Ang. in disputatione, incipienti, *Astensis miles. q. 12. Ana. in d. c. quia in omnib. nu. 15. & Soc. cons. 127. li. 3. vbi scribit hanc opinionem communem esse.*

Decimo, quamuis manifestus vſurarius testamentum fecerit præſtita canonis cautione, si tamẽ post testamentum etiã secreta vſurariũ crimen commiserit, nullũ erit testamentum, cum constet fictam fuisse penitentiam, quod notant Angel. in d. dispu. qu. 15. Anan. in d. cap. quia in omnib. nu. 15. Abb. consil. 1. lib. 2. Franc. in Rub. de testa. nu. 39. Freder. cons. 7. Dominic. post alios in d. cap. quamquam. Bald. in l. executorem. C. de exeat. rei iudica. nu. 21.

Vndecimo, si quis, cum vſurarius non esset, testamentum fecerit, ac demum post testamentum manifestior efficiatur vſurarius, irritum erit testamentum, cum eadem sit ratio in hac specie, quæ in eo casu, quo tempore testamentum vſurarius manifestus erat, siquidem canon solennem cautionem indixit manifestis vſurariis, vt vſurã palam extortã omnino resistereatur. exque ita hanc interpretationem adnotarunt Franc. in d. Rub. de testa. n. 37. Dom. in d. ca. quamquam in fine. Bartol. & Imol. in Clem. 1. de sepul. Freder. in d. cons. 7. Imol. in cap. 2. de testament. nu. 25. & probatur, quia ad vim testamenti oportet testatorem posse testari tempore quo testamentum condidit: & deinde mortis tempore. l. 1. §. si filius. ff. de legat. 3. atque ideo testamentum in proposita questione nemine valebit, quicquid dixerint Angel. in d. disputatione 12. & Anan. in d. cap. quia in omnib. nu. 14. vers. 12.

Duodecimo, hoc in tractatu ambigitur. quid dicendum sit, vbi vſurarius manifestus testamentum fecerit, non præſtita canonis cautione, an id testamentum vires assumat & confirmetur, si testator cautionem postea præſtiterit. Et conclusa huiusce articuli disputatione, ego opinor, testamentũ hoc valdũ effici, quia satis sit canonis constitutioni, & eius prohibitioni, quod expressim tenuerunt gloss. Ioan. And. Domin. & Franc. in d. cap. quamquam. post Anch. libi Franc. in d. Rub. de testa. nu. 38. Anan. in d. cap. quia in omnib. nu. 12. Bartol. & Imol. in l. sibi præterito col. vlt. ff. de inst. rapt. Paul. Castren. consil. 292. lib. 2. & Imol. in cap. 2. nu. 26. de testa. quorũ. *Opinio Communis.* est secundum Alex. in l. Gallus. §. vlt. col. 2. de lib. & posthum. quamuis contraria iure verior sit, vt testator idem Alexand. d. col. 2. Bald. in l. executorem. numer. 22. ff. de ex. rei iudic. & in l. posthum. col. vltim. C. de bon. poss. contra tab. quo ad ecclesiasticam tamen sepulturam satis erit, cautionem post mortem vſurarii manifesti præſtari ab eius heredibus. gl. inibi recepta in Clem. 1. in verbo, vſurarios manifestos. de sepul.

Decimotertio adnotandum est, testamenta manifestorum vſurariorum ita nulla & irrita esse, non præſtita canonica cautione, vt nec legata ad pias causas in eis relicta debeantur. Bartol. num. 30. Bald. num. 6. leg. 1. Cod. de sacrosanct. eccles. Abb. in Rub. de testament. col. vltim. & Franc. in ead. Rub. lib. 6. num. 34. ex eo, quod nulla sint hæc testamenta ipso iure, nec quidquam in eis relictum peti iure valeat. Equius tamen est, quo ad pia legata hæc testamenta fauore pietatis valida censeri: modo testator poenitens scelerum & contritionis signis decesserit. quod Dominic. placet in d. cap. quamquam.

CAPVT III.

Traditur vera ratio decidendi ad l. curabit. C. de actio. empr.

SVM M A R I A.

1. Si quod creditori vero interstet tam rationis lucri cessantis, quam damni emergentis, licite ab eo exigatur, absque vſurarium labo. C. nu. 2.
2. Altera ratio decidendi adducitur ad l. curabit. C. de act. empr.
3. Examinatur Baldi opinio in l. 2. C. de vſuris, an l. curabit, ostendat, vbi ab emptore nulli poterunt fructus ere impie percipi.
4. An dominus translatio impediatur vſuras pretii non soluti.
5. Quid, vbi traditio facta fuerit data dilacione ad pretium solvendum.
6. Etiam ab ini. o potest quantitas eius, quod intererit, vel vſurarium in pacto deſerui.
7. Fructus post venditionem percepti, an ad emptorem pertineant.
8. Discutitur, an consilium l. curabit, sit adhibenda in pacto, & promissione vniuersalis trahaturque in hoc capite viginti intellectus ad eandem constitutionem.

Curabit, inquitur Cæsares, Præses provinciarum compellere emptorem, qui nactus possessionem fructuum compellit, partem pretii, quam penes se habet cum vſuris percipere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minor estant constitutio, quæ ex eo dubia censetur, quod contra naturam naturalis, diuini, & humani rationem vſuras licitas esse illiquid ultra ipsam sortem, plerumque iure, iustque recipiatur: vbi id redditur ex causa interesse damni emergentis aut lucri cessantis. text. in l. 3. §. vltim. ff. de eo quod cert. lit. l. 1. §. non tamen. ff. de negot. gest. & l. socium. ff. pro socio. l. 1. §. de vſur. capi. peruenit. de fideiuss. cap. dilecti. de foro compet. Innoc. in cap. sacro de sentent. excom. gl. in cap. conquestus. de vſur. Panorm. & Dd. gl. in d. l. curabit. & in l. 1. C. de sum. Trinit. & in l. C. de vſur. & inibi Bart. & alii. Bald. Abb. post alios in cap. 2. C. de offic. deleg. idem Pan. Fel. & Dec. in eam venerabili. de excep. Ioan. Lup. in c. per vſuras. de donat. 6. notab. Deci. cons. 116. & cons. 119. Aym. cons. 180. colum. vltim. ex Theologis diuus Thom. 2. 2. quest. 62. art. 4. & q. 78. art. 2. vbi Caiet. Conrad. de contradi. q. 30. Card. à Turre Crem. in d. ca. sicut. 14. q. 6. vers. ad tertium. Syluest. in verb. vſur. 1. q. 19. Grabriel. in 4. sentent. d. sicut. 15. q. 11. art. 1. not. 2. & Ioan. Maior. q. 30. Angel. in Sum. verb. vſura. 1. q. 16. Flor. 2. sit. 1. cap. 7. §. 19. tr. ad late. Rebuff. in l. vnica. in princip. C. de iur. qua pro eo quod inter. opt. tex. in l. si commissus. ff. rem rat. hñ. Sic tamen sit, vt in specie d. l. curabit. venditor iuste recipiat vſuras pretii non soluti iuxta eam quantitatem, quam ex ipso pretio statim præſtito lucrari posset, vel secundum competentionem damni, quod habuit ob dilataam præti conuenti solutionem. Hæc tamen ratio plerisque non placebit conditioneratis conditionibus eius, quod vere interest, & verbi prædictæ constitutionis, quemadmodum paulo post tractabitur. Et ideo alia ex causa Cæsarem reponitur potest defendi, si rem istam diligentius examinantibus obseruamus vſuras, quas venditor hoc casu percipit, non esse vere vſuras, sed rei propria perſecutionem, quæ deducitur ab æquitate iustitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate consistit, vt scribit Aristot. lib. 3. ethic. cap. 5. & ea veritatur, quod, quatenus vnus contrahentium implet, debet alter vſicilum implere, aut implenti soluere lucrum impleti recepti, ne sequatur inæqualitas inter commutatas proprias res. Nam si emptor fructus percipit rei empta nondum soluto pretio, istum est, vt pretii vſuras vique ad fructuũ quantitatem soluat venditori, qui ei rem tradidit libere, cum eam traderet pretio non soluto minime teneretur. *Lex empr. in prin. ff. de act. empr. atque hæc est ipsamet ratio.* qua iustissime à Cæsariis statutum est id, quod in d. l. curabit. 1. decimam extat. hinc expressim adnotat Carol. Molin. de contradi. q. 74. num. 159. & probatur in eadem constitutione, dum inquit: quas vſuras perceptorum ratio, licet nulla mors intercesserit, generat. Item in l. 2. C. de vſur. ibi, æquitas ratione præſtare emptor vſuras pretij non soluti cogitur. pulchre text. in l. iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empr. Nam cum re emptor fruatur, ait Iurist. consulti, æquissimum est cum re vſuras pretii dependere. idem apparet in vlt. ff. de fundo dot. Quibus accedit, vſuras lucratorias omnimode reprobas esse, vſuras autẽ recompensatorias omnimode admitti: quia dantur in recompensationem eius, quod ille competeat, & debitum erat eas recipiendi: quodque ipse iustissime habiturus esset, secundum Bald. Paul. & Salycet. in dict. leg. 2. Anania. in cap. 1. col. penultim. & in cap. conquestus. in l. de vſur. Carol. Molin. in consuetud. Parisi. 1. §. 1. gl. 9. n. 20. & Hier. Cagnol. in d. l. curabit. col. 2. Qua profecto ratione perpeta, & ad vnguem inspecta, plura deduci oportune possunt ad apertionem huius constitutionis interpretatione, quorum aliquos summam attingam, vt constet quantum vtilitatis habeat, vtriusque iuris, decisionum ab origine rationum inquisitis.

Primo deducitur, Emptorem teneri ad vſuras pretii non soluti vique ad quantitatem fructuum rei empta, sibi que tradite, etiam nulla præcedente mora regulari: etiã si venditor ex pretio statim sibi soluto nihil lucraturus esset, quod probatur in d. l. curabit. constatque ex posteriori ratione & id præmittunt fere omnes, qui hanc materiam tractant. Quod Cæsarem constitutio rationem deduceret ab eo, quod interest venditoris causa damni emergentis, aut lucri cessantis, contrarium foret respondendum: liquidem interesse peti nõ potest, nec eius ratio habetur quod lucu cessans, vbi qui illud habere vult nihil lucraturus esset, aut lucrari minime erat solutus. text. in l. si sterilis. §. ff. per vendit. l. 1. ad. empr.

Abb. & Anan. in d. c. conquisit. Card. post Iun. in d. c. sacro
 & an. in consensu omnes hi, quos modo nominatim ci-
 tad ad comprobationem glossi. in d. c. conquisit. testaturque
 in l. 2. §. si de eo quod certis locis habeant sententiam commu-
 nem esse, quam & text. inibi probat. sequuntur etiam Alex.
 in l. 2. §. 1. Soci. conf. 156. num. 9. lib. 2. Deci. conf. 3. nu. 5. &
 conf. 302. Alexand. conf. 200. lib. 6. num. 3. in solita etenim peten-
 dus lucra ratione eius quod interest, peti non possunt. De-
 munde si ea constitutio propter interesse lucris cessantis, aut
 damni emergentis, iusta foret, omnino esset eius ratio ha-
 benda post moram: nam si mora non interuenerit, minime
 cogitur quis id, quod interest, soluere. l. 2. §. si natus. ff. ad l. Rho.
 in d. c. l. l. d. res. non enim si cert. pet. l. in hac in fin. de cond. ar. Paul.
 C. l. 3. §. si de officio. ff. de eo quod certo loco. traditur. in l. si in-
 ter. ff. de verb. oblig. & in l. vnic. C. de sentent. que pro eo quod interest.
 Ex quibus inferitur, emptorem a die traditionis rei venditæ
 tenei omnino, dum pretium soluere distet, reddere ven-
 ditori vltimas pretii non soluti iuxta quantitatem fructuum
 plus rei, non autem secundum rationem eius, quod ven-
 ditoris interit ex causa damni sibi illati ob dilatatam pretii
 solutionem: cum ea ratione non teneatur emptor ad fructuum
 compensationem, sed ad damni illati restitutionem
 quod quandoque excederet ipsorum fructuum æstimationem,
 quandoque minus esset. Sic & lucris cessatis æstimatio
 sequitur in hoc casu debetur venditori, cū attenda eius
 utilitatis fortasse esset maior, quam fructuum perceptorum
 venditor. Et sane ipsa lex duntaxat inducit obligationem resti-
 tuendi vltimas pretii non soluti, iuxta fructuum percepto-
 rum quantitatem. Qua de re est locus celebris apud Iurist. ô-
 culum in l. 1. §. de peric. & com. rei vend. venditori. inquit I. C. si
 emptor in pretio soluendo moram fecerit, vltimas duntaxat
 præstabit, non omne omnino, quod venditor mora non
 soluta consequi potuit, veluti si negotiator fuit, & pretio
 soluto ex mercibus plus, quam ex vltimis quærere potuit.
 Hactenus ibi.
 Secunde, eadem ratione opinor emptorem tenei ob di-
 latatam pretii solutionem restituere, ac reddere
 venditori vltimas secundum æstimationem fructuum, quos
 venditor ipse percepisset à re vendita, non autem erit ha-
 benda ratio in hac æstimatione fructuum, quos percepit
 emptor, etiam si is vberiores, ac maiores fructus vere per-
 cepisset: quemadmodum adnotarunt Socin. in d. l. de diuisione. 4.
 in l. 1. §. si sol. marimon. & ibi Claud. col. vlt. Hieronym. Cognol.
 in l. 1. §. si sol. marimon. 48. & Carol. Molin. d. quæst. 74. num. 541. facit
 nichil de decisio Barto. in l. ratio. §. 1. ff. de act. empt. dicens, quod
 quando fructus, petuntur, vt fructus omnes percepti veni-
 unt, etiam si tot non percepisset petitor. dicit. §. 1. at vbi fru-
 ctus petuntur in compensationem eius, quod interest,
 tunc veniunt fructus, quos petitor percepisset. l. si fundum. ff.
 de verb. oblig.
 Tertio, hinc etiam colligitur, emptorem differentem pre-
 tii solutionem esse cogendum restituere venditori æstima-
 tionem fructuum perceptorum ex re vendita, quamuis hi
 fructus excedant ob temporis qualitatem pretii conuenti
 quantitatem, quod manifeste constat ex ratione d. l. curabit.
 inspecta mora irregulari quæ oritur ob id, quod à die tradi-
 tionis rei venditæ distet emptor pretium soluere, & ideo
 eadem constitutio statuit, vltimas pretii non soluti reddend-
 as fore ipsi venditori iuxta quantitatem fructuum, quos
 venditor percepisset, non tradita prius quam eam venditor
 tradere teneatur, nempe ante solutionem pretii conuenti,
 hinc hoc ipsum Carol. dicit. qu. 74. n. 541.
 Quarto, hinc examinari commode poterit, quod Bal.
 dicitur in l. 2. C. de vlt. assueuerans, vltimas pretii non solu-
 ti à die traditionis rei venditæ ab emptore venditori de-
 beri, etiam si emptor nullos ex re empti fructus perci-
 pere potuerit, nec etidem venditor ipse percepisset, si rem
 ipsam nondum tradidisset. huic ad stipulantur cum secu-
 ri Paul. in d. l. curabit. Anchar. in regul. peccati, venia. col. 8. de regul.
 in d. c. Anan. in cap. conquisit. 1. col. de vlt. Socin. conf. 88. lib. 4. nu. 8.
 idem conf. 103. col. 1. eodem. lib. Marian. Socin. conf. 174. lib. 2. col. 5.
 Paul. Paris. conf. 60. li. 1. n. 28. Quibus, ni fallor, aduersatur ratio
 vera decidendi, aliaque iura superius adducta ad confirma-
 tionem eius, quod in d. l. curabit, decisum extat: nec video ius-
 te posse comprobari Baldi sententiam, & ideo contrariam
 opinionem ipse veriorum esse censeo, secutus Salycetum
 in d. c. Marian. Socin. conf. 109. lib. 1. col. 2. Paul. Castren. in
 d. c. Salycet. §. de vendit. ff. de actio. empt. Cyn. Salycet. & Pau. in l. mi-

norem. C. in quibus causis, restituit. integ. non est necessar. Alexand. &
 Claud. in d. l. de diuisione. col. vlt. Corn. conf. 59. lib. 3. & conf. 145. lib.
 2. Cognolum in d. l. curabit. nu. 26. Quamobrem vltimas, quarum
 mentio fit in d. l. curabit. non debetur, vbi venditor ipse re non
 tradita fructus ex eo non potuisset percipere, quod adeo verum
 est, vt etiam si venditor minor sit, adhuc in eo casu, v-
 ltimas pretii non soluti percipere minime iure valeat, cum
 vltimas alioqui reproba, fauore minorum nullo pacto per-
 mittantur. cap. super. eod. de vltimis. quam ampliationem ipse ad-
 mittendam esse opinor contra Petrum Iacob. Butrigar. Paul.
 & Salyc. in d. l. minorem. & Corn. conf. 59. col. 2. lib. 3.
 Quinto, ex eadem radice discutiendū est, quod plerique
 opinati sunt, existimantes, vltimas in specie, & casu d. l. curabit
 minime deberi, nec licitas esse, quando venditor i domi-
 nium rei venditæ statim in emptorem transfulerit. Quasi id
 probetur in eadem constitutione ea ratione, quod venditor
 simpliciter rem venditam tradens, non videatur fidem ha-
 bere de pretio soluendo, & ideo dominium in emptorem
 translatum non est. §. venditæ. In fin. de rerum. diuis. l. quod vendit. ff.
 de contrahen. empt. tradit Paul. Castren. in d. l. Iulianus. §. offerri. ac ea
 ex causa constitutio permiserit, & sanxerit vltimas pretii
 non soluti ab emptore venditori soluendas esse loco fru-
 ctuum, qui ab emptore percepti fuerint, cum potius hi ad
 venditorem iure domini nondum translatis pertinere. id-
 dem probatur in l. sicut. emptio. §. vlt. ff. loc. vbi ex eo quod domi-
 nium venditor nondum transfulerit in emptorem, sed so-
 lum detentionem rei potuit sibi pensionem locationis ti-
 tulo stipulari interim, dum pretium solutum non fuerit, qui-
 bus effectus est, vt statim traditione dominio in emptorem
 translato, locus non sit d. l. curabit. responso: nec vltimas ven-
 ditori ab emptore debeatur, tamen pretii solutione is dif-
 ferat, atque ita de iure responderunt Panor. conf. 76. lib. 1. dub.
 2. idem conf. 66. lib. 1. Alexand. conf. 119. 120. 121. lib. 4. & conf. 121.
 lib. 5. Capolla. cautela 125. Socin. conf. 176. lib. 2. & conf. 103. lib. 4.
 & eodem. lib. conf. 88. Dec. conf. 119. num. 4. veric. secundo non ob-
 stat. Sed contraria sententia iure verior est, qua quidem asse-
 ruatur, emptorem tenei ad vltimas pretii non soluti à die
 traditionis iuxta fructuum æstimationem, etiam si venditor
 dominium rei per traditionem in emptorem transfulerit.
 hoc suadetur ex ratione decidendi, quam secundo loco ap-
 tauimus d. leg. curabit. cum secundum eam is, qui tradere rem
 venditam minime tenebatur ante pretii conuenti solutio-
 nem, eam tradens, & dominium transferens, dignior est, vt
 possit capere vltimas pretii pro portione fructuum, quos è
 re ipsa percepisset traditione non facta, quam si simpliciter
 tradens dominium non transfulerit: plus enim iuris & cõ-
 moditatis dat, qui dominium transfert, quam qui rem tradi-
 dit dominio retento. huic opinioni suffragatur text. in d. l. si-
 cut. emptio. §. vlt. quo in loco, & si gloss. & Doct. contrarium
 opinentur, dominium fuit translatum in emptorem, quod
 apparet ex eo, quia locator idemque venditor non obligat-
 ur, & liber est ab omni traditione, & patientia: nam si do-
 minium sibi retinisset ibi locator, teneatur ad præstandam
 patientiam fruendi, & ad faciendum, quod emptor idemque
 conductor domo ipsa possit vtifru. l. si domum cum d. sequen. ff. lo-
 cat. Et præterea si venditor in specie d. l. sicut. emptio. dominium
 sibi retinisset iniquum est quod gloss. communiter rece-
 pta inibi censet, re scilicet perempta, & extincta adhuc em-
 ptorem tenei ad mercedis solutionem, quod est contra
 veram legem locationis, atque ita his rationibus hanc pos-
 teriore sententiam tenet Carol. Molin. in d. qu. 74. nu. 542.
 cuius opinio & si vera sit propter rationem, cui inhiuitur d.
 l. curabit. non tamen omnino probatur inductione text. in d. l.
 sicut. emptio. cum omnium interpretum sententia, quæ dicit
 ibidem à venditore non fuisse translatum dominium, ex
 eo facillime defenditur aduersus Carolum, quod locator
 non obligatur ad patientiam, nec ad faciendum, quod con-
 ductor possit vtifru: imo re extincta emptor teneatur sol-
 uere mercedem ratione periculi post factam venditionem
 emptori incumbentis. l. 1. & l. cum inter. C. de peric. & com. re vend.
 l. 2. tit. 5. part. 5.
 Sexto, ex his in controversiam & dubitationem adduci-
 tur eorū sententia, qui censent tradita re vendita emptori
 à venditore data dilatio ad soluendum, habitaque pre-
 tii fide, non fore locum Casarum constitutioni, nec tenei
 emptorem ad vltimas pretii non soluti, nec posse eas in
 conventionem & pactum à venditore deduci pro tempo-
 re, quo durat dilatio ab eo concessa. Quasi in hoc casu nulla
 sit in

fit in emptore mora regularis, nec irregularis, ex qua ipsa constitutio rationem habet huius partis. auctores sunt Socii *consil. 76. lib. 2. col. ult.* Barth. Soc. *consil. 103. in fin. lib. 4. & consil. 139. eod. lib.* Deci. *consil. 119. col. penult. & un. 3. idem Socin. consil. 88. lib. 4.* Anton. Rub. *consil. 88. Aym. consil. 189. casu. 3. quorum opinio- nem ante alios probat gloss. in d. c. conquestus. dum asserit, vfu- ras à venditore peti posse loco eius, quod interest: si pretium conuentum ad terminum, & diem statutam solum non fuerit: igitur pretio soluto eo die quo pactum est, vfu- ra- licite peti non possunt. Ego sane non diffiteor, data dilatione per venditorem emptori ad solutionem pretii, nulla pacto- ne praemissa de dandis vfu- ris pretii non soluti eo tempore, quo pactio dilatoris durat, minime teneri emptorem ad vfu- ras pretii non soluti, etiam ratione perceptorū fructuum, etiam ratione eius quod interest venditoris, quia ipse tradi- tionem & dilatoris consensit, nec vlla est mora emptoris, proprioque cōsensu venditor renunciasset videtur consti- tutioni Casareæ d. l. curabit. at non video, cur venditor non possit stipulari sibi vfu- ras, vel interesse data dilacione, & habita fide pretii, quas cōsequi possit æquissime, si eam gra- tiam emptori non fecisset. Nec responsum Imperatorū ratio- nem habet à mora regulari vel irregulari, vt constat de priori expressim in d. l. curabit. & de posteriori patet, quia si Casares rationem habuissent traditionis factæ non habita fide pretii soluendi, minime tractarent de vfu- ris soluendis sed de fructibus omnino venditori restituendis cū ad eum, donec pretium solum sit, non ad emptorem petineant, si- cuti probatur in d. l. offerri. Sic tandem posse venditorem die data emptori ad solutionem pretij pacifici vfu- ras pretij non soluti eo tempore, quo dies constituta expectatur: tenet Paul. Cast. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de ad. emp. Dec. in cap. cum venerabilis. de except. num. 14. ad fin. idem consil. 111. col. ult. Corn. consil. 113. lib. 3. col. vltim. Alciat. in l. si quis nec causam col. 3. ff. si cert. petat. Cagno. in d. l. curabit. num. 58. Carol. Molin. in consuet. Paris §. 1. gloss. 9. nu. 17. & in tractat. de contract. d. qu. 74. nu. 544. Alexand. consil. 121. lib. 3. num. 4. his accedit. quod cap. 1. huius lib. quinta illa- tione ad intellectum cap. salubriter de vfu- r. adnotauimus eam quidem decisionem seruandam fore, etiam si gener dilat- ionem dederit forcero ad dotis promissæ solutionem. Item & illud quod maxime æquitate frequentiori calculo recep- tum est, scilicet etiam ex causa mutui posse creditorem ab initio contractus pactum inire cum debitore de repeten- do eo, quod creditoris siue in damno, siue in lucro inter- erit pendente dilacione data ad mutui solutionem. etiam ante moram, iuste etenim potest quis stipulari, se indem- nem seruari tam in lucro, quam in damno, & ideo hanc sententiam tenent Hostiens. in c. salubriter. & ibi Abb. num. 3. idem Abb. col. penult. & Anan. num. 16. in d. cap. conquestus. Anchar. in cap. vfu- r. 14. quæst. Rom. 3. consil. 57. col. 8. Alexand. consil. 228. l. b. 2. Deci. in d. ca. cum venerabilis. nu. 14. & in d. consil. 111. Ioan. Lup. in cap. per vestras 6. notab. nu. 5. Flor. par. 2. ti. 1. qu. 7. §. 15. Caiet. 2. 2. qu. 78. art. 2. Conrad. de contract. qu. 30. Hadrian. in 4. sentent. in tract. de vfu- r. cap. quia actum est de interesse eleganter. Thom. d. qu. 83. artic. 2. ad primum. Carol. Molin. de contract. in princip. num. 34. & qu. 74. num. 500. dicens hanc Opinione Commune esse, quam etiam sequuntur Scotus in 4. dist. 15. qu. 2. artic. 2. & ibi Gabriel. Ang. in verb. vfu- r. 1. §. 16. & Syluest. in eodem verb. §. 23. Ioan. à Medin. de contract. cap. de vfu- ris. fol. 137. licet hanc pactio- nem in mutuo illicita esse censeant Innocent. Andr. Cald. quæst. 3. in cap. vltim. de vfu- r. & Laurent. à Rodolph. in cap. consulti. de vfu- r. par. 2. qu. 2. præsertim quo ad lucrum cessans: quod firmiter asserunt Anchar. consil. 376. & Aym. consil. 189. col. 3. Quibus equidem omnibus communis opinio est ob- seruanda. Nam licet S. Thom. & Scotus communem opi- nione in quo ad damnum secuti: eandem velint quo ad lu- crum reprobare ob incertitudinem lucri: nihilominus et- iam quo ad interesse lucri cessantis vera est communis opi- nio, vbi fraus absit, et si verisimilis eius certitudo ac vere sit lucrum cessans: quemadmodum ceteri probare con- tendunt. & Dominic. Soto. lib. 6. de iustit. & iur. quæst. 1. art. 3. Quod si vere constet, creditorem post moram debitoris tantum damni passum, vel certum lucrum amississe absque dubio etiam in animæ interiori iudicio tenetur debitor id ei resarcire, secundum Innocent. in capitul. 1. de vfu- r. Salycet. in l. 2. c. de vfu- r. Anchar. in d. consil. 376. 1. dub. & plerique alii pas- sim id docuere. Imo etiam ante moram teneri debitorem absque pacto & conuentione interesse damni emergentis creditori in foro conscientie restituere asserunt Cardin. à*

Turre Crema. in Summa. 14. qu. 3. & Rebuff. in l. vnica. C. de sent. que pro eo quod interest. in princ. num. 24. Hoc tamen verum non est, cum debitor ultra sortem nihil teneatur reddere mutuo anti, etiam ratione damni ex causa mutuations interim an- tependere damnum ei contingens propter donum: ideo Carol. Mol. de contract. in prim. nu. 33. à Turre Crema & Rebuff. dissentit.

Septimo eadem inspecta radice, & ratione decisionis, probatur, venditorem pacifici posse licite vfu- ras pretii non soluti etiam data dilacione non tantum in genere, sed de expressa ab initio contractus, & conuentionis certa quan- titate, quæ tamen verisimilis sit, & appareat conueniens ei, quæ secundum leges & iura iuste recipienda est in futu- rum. Nam licet id quod interest, possit iure in pactum deduci sub incerta quantitate, quæ postmodum probanda sit, non autem de certa quantitate, quia adest fraudis suspicio licum quis decedens §. codicillis. & §. Titia. ff. de legat. 3. Iqui testam- tum ff. de probat. notant in specie Bald. in l. rogasti. §. si vbi ff. si certu. petat. & ibi Purpurat. num. 39. Anan. in c. vlt. de vfu- r. num. 62. Albert. in l. 1. col. penult. & ibi Bald. col. 4. C. de summa Trinit. Deci. consil. 116. & consil. 119. Aymon. consil. 189. col. vlt. Alex. consil. 200. num. 8. lib. 6. & alii frequentissime, quorum meministis eos le- cutus Rebuff. in d. l. vna. in gloss. vltim. num. 34. nihilominus si certa quantitas deducta fuerit in pactum, quæ verisimili- bus coniecturis conueniat quantitati, quæ vere interiter va- lebit profecto cōuentio in vim probationis deducit ex ve- risimilibus cōiecturis quod tenet Bald. in d. §. si vbi & imbi Purpurat. Dec. in d. cap. cum venerabilis. num. 14. ad finem. Cagno. in d. l. curabit. num. 59. Carol. Molin. de contract. in princip. num. 35. Ioan. à Medin. de contract. quæst. 38. & fol. 138. Quibus suffragatur id quod cap. 1. huius lib. scriptum est ad intellect. ca. salubriter de vfu- r. num. 3. illatione 4. hoc ipsum in specie l. curabit. tenet Paris. consil. 60. lib. 1. num. 31.

Octauo infertur, posse pactum fieri inter emptorem & venditorem re tradita, nulla data ad pretium soluendum dilacione, vt donec emptor pretium fuluerit, si reddat venditori certam quantitatem, quæ non excedat veras vfu- ras, & interesse pretii non soluti iuxta d. l. curabit. secundum Socin. consil. 176. col. vlt. & Bart. Soci. consil. 88. col. pen. & consil. 103. col. vlt. & consil. 130. lib. 4. ac plures alii, quos refert. & sequitur Paul. Paris. consil. 60. lib. 1. col. penult. & præsertim. num. 21. Imo posset quandoque pactio fieri de soluenda certa quan- titate, quæ etiam excesserit fructuum æstimationem, & eorum interesse: modo fiat in vim Annui redditus redimibilis, & cum pacto redimendi, in hunc sane modum, quod emptor constituat se soluturum venditori certam annuam quan- titatem, dum pretium solum non fuerit, iure & titulo an- nui redditus venditi. super ipsa re empti ad rationem vnus pro quatuordecim vel duodecim, vsque ad pretii conuenit numerum, quod notandum est: nam vidi non semel hanc pactio- nem inuicem fuisse.

Nono, plane ex prænotatis colligitur, licite fieri pactum inter venditorem & emptorē re tradita, & data die ad solu- tionem pretii vt emptor dilacione pendente habeat rem ipsam titulo locationis à venditore, ac soluat certam & moderatam pensionem. optimus text. in leg. licet. empt. §. vlt. ff. locat. quem ita interpretatur passim Doctores, & præsertim Abb. d. consil. 76. li. 1. Soc. vterq; in dictis responis. Decim. consil. 119. Alex. consil. 121. li. 5. Et Paris. d. consil. 60. ca. pen. & vlt. ac. 21.

Decimo, quamuis hoc dubium quibusdam videri possit, opinor, venditorem tradito fundo, & data dilacione ad soluendum pretium, licite accipere fundum in pignus ea pactio- ne, vt non teneatur fructus in sortem computare: quod expressim adnotauit Carol. Molin. in d. quæst. 64. num. 545. aduersus Gabr. in 4. sentent. dist. 15. quæstio. 11. col. 17. qui hunc contractum illicitum esse censuit.

Vndecimo ex his constat, Panormit. consil. 5. lib. 1. male consuluisset. dum respondit, contractum illicitum esse, si quis propriam rem in octo annos alteri pro certa pensione locauerit, ac demum eam conductori vendiderit alio con- tractu pro centum, quæ fateretur recepisse: & tamen emptor in alio separato instrumento fateatur se pretium debere venditori, quod soluere promittit ad octo annos, & interim mercedem, & pensiones locationis soluere in- quit, enim Panormit. venditorē debere in sortem com- putare pensiones illis octo annis sibi solutas: cum alioqui cō- uentio sit illicita ex eo, quod dominium transfulerit vendi-

conferetur venditio effectum sortita? ita quidem. Et ideo locus erit vsuris, quas d. lex, curabit. admittit. quod sensere Socin. & Paris. precedenti illatione citati: dum scribunt, d. l. curabit. etiam obtinere in promissione, & pacto de vendenda aliqua res licet Alexand. in additio. ad Bartol. in l. lullanus. §. offerri. ff. de actio empri. idem cons. 73. lib. 2. Dec. in d. cons. 183. ad fin. tradiderint emptorem non teneri ad vsuras pretij non soluti iuxta decisionem. l. curabit. vbi non precessit venditio, sed pactum de vendendo.

Decimono, erit non immerito adnotandum dictam constitutionem l. curabit. eiusque responsum omnino admittendum fore, non tantum in venditore, sed etiam in eius Cessionario, cui ipse cesserit ius sibi competens ad exigendas vsuras pretij non soluti; poterit enim is iure venditoris eas exigere iuxta limites hoc capite passim traditos secundum Matth. de Afflict. decis. 91. & Paul. Paris. d. cons. 75. num. 17. lib. 4.

Vicissim, apertissime conuincitur, Casarem decisionē d. l. curabit. his adductis interpretationibus, quas hic adseripimus, etiam iure Pontificio, in foro ecclesiastico, & iudicio interiori animæ obtinere, seclusa vsurarum prohibitarum fraude. Nam si ea constitutio iusta est, quod in principio ostendimus, nihil impedit & eam vbique vtroque in foro ad praxim deduci.

CAPVT V.

Quæ hæc dictio, Maioratus, ex propria vi apud Hispanos contineat.

S Y M M A R I A.

- 1 Dictiones sunt interpretandæ iuxta eum sensum qui vulgaris, & communis est, ac legum provincia significatione receptus sit.
- 2 Qualiter dictio, maioratus, in his regnis accipitur.
- 3 Bona maioratus ad vnum tantum & indiuisa pertinent.
- 4 Prohibitio alienationis ex causa maioratus facta perpetua censetur: & inibi, quid de fideicommissis.
- 5 Maioratus & primogenij bona ex ipsa propria dictionis significatione mascululis deferuntur, exclusis feminis.
- 6 Traditur intellectus l. 44. Tauri: & an eadem constitutio obtineat in maioratibus absque Regia licentia instituta, item de possessione, quam nostrarum consuetudinam appellamus.
- 7 De maioratibus intellectus l. 46. Tauri.
- 8 Rursus traditur interpretatio l. 40. ex eiusdem constitutionibus.

Solet non infrequenter ambigi, quam interpretationem quemve sensum habeant testamenta, donationes, aliq; contractus, quibus bona quædam alicui deferuntur, vt ea obtineat iure, & titulo maioratus, & primogenij, non expressis aliis clausulis, nec conditiuonib. Et sane illud hac in re est omnino considerandum, hanc dictionem, Maioratus, in quibuscunque dispositionibus ita intelligendam fore, vt secundum eam significationem, quæ communi vsu, legibus & provinciarum constitutionibus recepta sit, eius sensum interpretemur: in his etenim, quæ dubia sunt canonis est obseruandus, vt ea iuxta communem vsum, leges, & regionis statuta, ad praxim & intelligentiam deducamus. Hoc probatur autoritate Iurisconsulti, in librorum. c. quod tamen Casus. ff. de leg. 3. vbi gl. not. Bart. in l. ralis scriptur. §. de leg. 1. in princ. vbi scriptum est, & frequentissime omnium calculo receptum, communem vsum intelligendi & loquendi preferendum esse proprie significationi. Idem probatur in l. 3. §. vlt. ff. de supellect. leg. non aliter. ff. de leg. 3. l. cum de lanionis. §. asnam. §. defun. l. instruet. l. xor. in princ. ff. de leg. 3. c. ex literis in r. de spons. gl. in c. nonnulli. in verbo vltra duas. descript. tradunt lason in l. si antea. col. vlt. C. de success. edit. Rom. cons. 179. col. 1. Bart. per text. ibi in l. labea. ff. de supel. leg. idem Bart. in rub. ff. de noui oper. nunciat. & ibi Rom. Alex. & omnium latissime Franc. Niconitius nu. 196. Felin. in proauino Decret. col. 4. vers. modo his decursis. optime Curt. Jun. in cons. 5. n. 12. quod autē diximus, esse verba intelligenda iuxta constitutiones & leges provinciarum: esse iur. Bart. in l. si quid earū. ff. de legat. 3. in princ. & in l. quis filius. ff. de testamen. iur. Bart. & omnes in l. omnes populi in 3. q. sexte. q. princi. ff. de iuris. & iur. Alexand. in cons. 26. num. 11. lib. 3. quo in loco respondit non probato communi vsu loquendi, communisque interpretationis sensu, omnino verba esse intelligenda secundum legum, & iurium significationem. addit & ipse Alexand. testamenta, contractus, similesque hominum dispositiones vulgaris sermone prolatas vel scriptas, esse interpretandas iuxta vulgarem significationem. quod Bald. scripserat in l. lege vltim. Cod. de legi. ha. red.

quibus equidem sit, vt si quis aliqua bona proprio testamento vel donatione in Titium detulerit, ita quod ea obtinere conditiones institutor huius primogenij non adierit, matram, proprietatem, & alios effectus habebunt, quos apud Hispanos, apud eam provinciam bona primogenitorum & maioratum ex consuetudine, moribus, legibus, & consuetudinibus habere soleant. Hoc etenim adeo est consuetudini valeat, atque ideo possent plura ab hoc themate deduci, quibus aliquot obiter & breuiter attingam, vt cōstet rem istam non inutiliter hoc in capite traditam fuisse.

Hanc denique opinionem post huius operis vnam & alteram editionem probauerunt in his regnis doctissimi sancti viri: Peralta inquam in rubr. de hered. instit. n. 103. & Burgensia Pace in proauino leg. Taurinarum nu. 88. Emanuel. a Costa de leg. & Tellus Fernand. in l. 22. Tauri. n. 15. [Molin. lib. 1. de primogen. ca. 3. & Melchior Pelaez. in trad. Maioratum. 1. part. q. 48. & part. q. 14. n. 16. & Gregor. in l. 2. tit. 15. part. 2. verb. Maioratus.]

Primum, vbi constitit fundum, villam, vrbem, aut castrum aliquod iure maioratus in aliquem deferri, hinc manifestum esse colligitur, eas res ad vnum tantum ex successoribus, & maiorem ac indiuisas absque vlla diuisione pertinere: sicuti in specie adnotarunt hac in questione Jo. Lup. rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 21. & Roder. Zuarez in quest. de maioratu. colum. 5. quibus suffragatur quod scripserunt Ant. cons. 276. & Aret. cons. 167. idem Roder. Zuarez in l. qum in priorib. C. de inoffis. testam. extensio. 10. col. 20. asserentes, quod vbi ad vnum ex successoribus aliqua bona deferenda sunt, vt ea is habeat indiuisa, tunc ea deferuntur primogenito, & maiori iure primogenij & maioratus. Sic etenim, qui voluerit & statuerit, fundum Titianum deferendum fore post eius obitum Sempronio, iure primogenij, & maioratus voluisse omnino censendum est, si huius dictionis communem interpretationem accipiamus, quod fundus is absq; vlla diuisione post mortem Sempronij maiori primogenito, vni tantum & absq; vlla diuisione ex pluribus successoribus deferatur, & competat.

Secundo, ex his apparet, erroneū esse, ac manifestissime falsum quod Ioan. Lup. in c. per vestras de donat. inter vir. & vxor. notab. §. 26. col. vlt. opinatur, existimans, ita condito testamento, vt pater aliquot bona legauerit filio suo maiori, hoc expressim addito, quod ea is habeat, iure maioratus, mortuo filio maiore horum bonorum possessore, ea bona diuidenda esse inter eius heredes & filios, aut saltem eorum estimationem, si maior & primogenitus ea voluerit obtinere. Hæc siquidem opinio apertissime refragatur voluntati testatoris, qui tacite, & sensim statuit, bona prædicta absq; vlla diminutione, in solidum vni & maiori ex successoribus competere. Item contraria est communi huius provinciarum, & Hispaniarum interpretationi, ex qua ius maioratus hoc dicitur, vt res eodem iure possideat in vnum & maiorem omnino deferantur absq; vlla diminutione, siue hoc ius instituat ex autoritate Regis, siue propria ipsarum legum concessione. atq; iat Jo. Lup. dubius quidem huius opinionis definitionem cogtandam reliquit.

Tertio, eadem ratione opinor, bona ita vinculo maioratus submissa, sicuti modo proposuimus, nullis expressis prohibitionibus, nec clausulis, non posse alienari, nec à primo nec à quarto, nec ab octauo successore: imò prohibitionem tacitam alienationis perpetuam esse, quod dicitur ipsa testatoris mens, docet ipsa communis horum verborum interpretatio, quamuis idem Ioan. Lupi. d. §. 26. num. vltim. idē satis dubius tenuit, hanc probationem vltra primum successorem minime extendi, qua in re oportet expendere text. in authent. de restitut. fideicom. §. nos. igitur. collat. 9. a quo Accursi. in verb. voluisse. deduxit prohibitionem alienationis extra familiam non egredi primum ex familia successorem, & ideo quamuis primus familiae successor alienare non possit bona, alienari extra familiam prohibita, poterit nihilominus vltior ex familia successor ea alienare: quemadmodum quidam opinantur. Ego vero primum ex d. §. nos. igitur. & ex Accursio colligendum esse censeo, prohibitionem alienationis factam filio, non censeri factā nepoti quod inibi tenent Bar. Tac. de Bello vifo, & Ang. idem Bar. in l. filiusfamilias. §. diu. quest. 9. ff. de legat. 1. quem ceteri Commatior sequuntur, præsertim Iac. nana 69. in l. d. in. 2. m. 1. f. Erdm.